



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Correptio fraterna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

Correptio fraterna.

1 Arò concurrunt circumstantiæ omnes, ut præceptum correptionis fraternæ obliget sub mortali, p.æterquam in Prælatis, quorum maiorest obligatio subditos corripiendi. Vnde facile potest esse mortale, si ex negligētiā & timore correptionem omittant: alij verò si omittant ex tepiditate, aut simili affectu, & non ex intentione, & proposito, non est nisi veniale; nisi fortè damnum proximi esset tam notabile, vt grauiter imputaretur nolenti succurrere per correptionem. Granad. & alij 2. p. 4. tr. 4. ref. 228.

2 Etiam in Religionibus non est denuntiandum peccatum occultum fratris Superiori tamquam Patri, sine præniâ correctione fraternâ; nisi in aliquâ Religione aliter per Constitutiones cautum sit, vt rectissimè factum in Societate IESV. (Suarez & alij 12.) quidquid contrà assérat Lorca & alij 3. p. 3. 3r. 2. ref. 37.

3 In correptione post secretam monitionem adhibendi sunt testes, etiam qui de crimine nihil ante sciuerunt, quando non reperiuntur alij qui illud

K 2 sciunt;

1481 Correptio fraterna.

sciunt; quia illud damnum famæ cedit bono spiritali correpti. Granad. Ordo verò in eâ præscriptus Matth 18 obligat sub peccato, nisi vel publicum sit peccatum, vel secretò impediri non possit. Suar. &c alij 10. quamuis contrâ sentiat Hurtad p. 5 tr. 13. res. 41. & 42.

4 Peccata fornicationis in Religione sunt contra bonum publicum, atque adeò Superiori denuntianda: præmissâ tamen correctione fraternâ, nisi quis cesserit iure suo. Mirand. &c alij 20. p. 3. tract. 2. res. 69.

D

DEBITVM.

1. **Q**uamuis certus de debito, &c dubius de solutione, teneatur soluere; quando tamen & debitor & creditor dubitant, probabile est, non nisi partem iuxta qualitatem dubij soluendam. Layman p. 4 tr. 3. res. 32.

2. Quando quis multa contraxit debita apud cumdem creditorem, potest eligere, veri malit prius satisfacere; unde si aliquid soluat, id censetur soluere

pro